Forma eius hec ondit
que terrarum comprehendit
quatuor cosmia No sunt
noua sacramenta nec re
cente est inventa crucis
hec religio Ista dulces
aquas fecit per quam silex a
quas iecit moysi officio
Nulla salus est in domo
nisi cruce muniat homo
super liminaria Neque
sensit gladium nec amisit
filium quisquis egit
talia Ligna legens in
sarepta spem salutis
est adepta pauper mu
liercula Sine lignis
fidei nec lechitus olei
valet nec farinula
In scripturis sub figuris
ista latent sed iam patent
crucis beneficia Reges
credunt hostes cedunt sola
cruce xpisto duce vnus
fugat milia Ista suos
fortiores semper facit et
victores morbos sanat
et languores reprimit
demonia Dat captiuis
libertatem vite confert
nouitatem ad antiquam
dignitatem crux reduxit
omnia O crux lignum tri
umphale mundi vera sa
lus vale inter ligna nul
lum tale fronde flore ger
mine Medicina xpistiana
salua sanos egros sana
quod non valet vis humana
fit in tuo nomine Assistentes
crucis laudi consecrator
crucis audi atque seruos
tue crucis post hanc vi
tam vere lucis transfer ad
palacium Quos tormento
vis seruire fac tormenta
non sentire sed cum venit di
es ire nobis confer et
largire sempiterna gaudia

De Sancto Michaele

Agnum te michaelem
habere pignus Ciuium
morum si tamen serui stu
deamus esse dei Postmus